

Primo quia ad te uado uenia. **Just** **H**ec uia
Ho **D**ne do' nre. In dno fido. **U**bi emant
Dne in uirtute. **D**ni est te. **E**xaltatio
Hec uia te dne. **E**xaltare dne iure. **R**espo.

Et passione suam q' dies quadraginta apparet

Handwritten musical notation (neumes) on red-lined staves, including a large initial 'P' at the beginning of the first line.



ΣΤ' Ν Θ Ε Η
PROMETHEVS

A D

IMPERIALEM MULHUSAM,
PRO HONORANDO MAGISTRATU.

ITEM

ANAGRAMMATA DUO

AD NOMINA

NOVORUM CONSULUM.

M. GEORG. ANDREÆ FABRICI
POET. CÆS.

ω Ι Δ C X L I X.

MULHUSII, Typis STANGIANIS.

MAGNIF. ET AMPLISS.

SENATUI

IMPERIALIS REIPUBL. MULHUSINÆ,

BONO CUM DEO,

FASCES ANNUOS

ITERUM SUSCIPIENTI:

PRO FELICI NOVI ANNI NOVIQUE
REGIMINIS AUSPICIO

OFFERT ET CONSECRAT

M. GEORG. ANDREAS FABRICIUS,
POETA LAUR. CÆSAREUS,
GYMNASIARCHA.

AN. CH.

∞ 100 XXIIIX. VI. EID.

JANUAR.





PROMETHEUS.

Tolle oculos, MULHUSA, tuos. circumspice terra
Et tractus vicina tui commercia. numquid
heic Et habes, tota quo Terra Et Regna per orbem,
Tros Tyriusq;, ferè nullo discrimine, clades
persensere graves, aut jam fecere ruinas?

Magnanimus CÆSAR promptè dat Jura potentis
Salva Clientela, tutamq; impunè quietem.

MARS tamen hæc quãti? (Pax verbo, atq; integra laus sit
Edictis!) quanti rupes Marpesia Cauros.

Fatales hinc cerne minas, quas Cæsaris ingens
vix vertat bonitas. Sed enim perpende, quid æther
prodiderit; quantos gemitus profuderit, amplo
agmine ventorum; pluviarumq; augmine quanto
æstatis jus atq; hyemis corruperit; immò
lapsantem lacrymis jam deploraverit orbem.

Et tamen hæc cum sint hominumq; DEIQ; minantis
signa, ingens vitium passim grassatur in urbe.

Infestare bonis audet vagus erro quietem
nocturnam, cæcòq; manus sicaria ferro
baut dubitat corio factum prætere cultrum,
inq; bonos ruere Et mortem vel vulnera diris
intentare modis; nec parcere. cætera nolo,
ne refricem vulnus; neve hanc videatur ad urbem

A 2

missus

missus ab extremis Toopinamboultius Indis.

O pudor, ô pietas! ubi jus? ubi publica pax est?

VERTE tuas, MULHUSA, vices, atq; indue mores
nunc alios. Pietas sit princeps regula vita.

Hinc Patria venerare Patres, quos anxia torquet
cura, fatigatis passim succurrere rebus.

Dante DEO, patrius servat tibi jura SENATUS,
inq; Choro, inq; Foro cultum tibi prestat honestum.

Hoc Duce constat honor Templis, & fama Lyceo.

Hujus te servat prudentia, quâ sine pejus
ires, in pejus rueres. Prudentia certè hac

CÆSARA conciliat tibi nunc; hac prestat ATLANTES
Imperij placidos, & pacem exquirat eundo.

Agnosce, agnosce; & FASCES, pro more, novatos
de venerare, humili cultu. Jam CONSULE utroq;
magnanimoq; novoq; tuum est gaudere, DEOq;
summo, mente-animi dignas persolvere grates.

Feceris; è caelo venient sperata salutis
tempora, & ex aula Pax Caesaris alma redibit.

At patria ne sperne Patres. non imprime cuiquam
dedecus. Est vitium cunctis, quod inuitur uni.

Stante Magistratu, res priva & publica constat.

Immò cadente cadit. Si vis constare, fac unâ
stare Magistratum; nî vis, cadet hæc, cadet illa.

Summarum summa est. NUMEN COLE: DILI-

(GE REGEM:

FORTUNAM REVERENTER HABE. non temne

(bonorum

quid-

quidquid habes. sequior vix talia proferet aetas.

Hac Tibi devotâ reseravi mente PROMETHEUS.
Accipe, ne posthac cernas EPIMETHEA fratrem,
more Phrygum, serò sapientem, tale gerentem
symbolon, & quævulum tecum: NON HERCLÈ PU-
(TARAM.

Tunc in Fortunam clamare ubi cœperis, omnis
in ventum vox ibit iners, nec habebitur bili.

Interprete

M. Georg. Andrea Fabricio, Poët.
L. Cæs. Gymnasiarchâ.

ANAGRAMMATA.

^{A D}
CONSULES.

I.

CHRISTOPHORUS REINHART J. U. DOCTOR,
CONSUL.

αναγραμματισμός

PRO HOC DETUR CHRISTO--HONOR INCLU-
TUS ARIS.

E V O L U T I O.

Vir summus, Patriæq; suæ doctissimus, ecce
fasces in patriâ Consul is ipse tenet.

A 3

O bene!

O bene! divinum, fama est, dixisse Platonem,
 tum fore civilis jura beata rei:
 Si vel sceptragerat Sapiens & mente-politus;
 vel sapiens qui sit sceptrapolita gerat.
 Spernitur indoctus nemo; prudentia si sit:
 attamen hoc doctus clarior esse solet.
 Quid si etiam multò prudentior? Optima virtus
 fit melior, doctâ quando fit arte potens.
 Ergò Mulhusinis grator de Consule tanto:
 qui Patriæ nitidus Sol prius ipse fuit.
 Qui calor & splendor triplicis fuit antè SENATÛS,
 consiliis solitus cuncta animare suis.
 Nunc magis ille animat, dum consulit & regit idè,
 idem, consilium quod dat, & exsequitur.
 Dicatur meritò felix Respublica, cujus
 Consul consilio præstat & auxilio.
 PRO HOC DETUR CHRISTO (dedit hic) HONOR
 INCLUTUS ARIS
 nempe precum, grati suavis odos animi.

II.

Herr Johann Falcke BurgeMeister.

αγαπητοί μου

Er fah es an/ O Glück im HERRN bereit.

E V O L U T I O.

Gott ein Regent des Himmels vnd der Erd/
 allzeit Regenten hie vnd da beschert/
 Nach

Nach seinem Nahmen Er sie Götter nent/
wil auch sein vnter ihnen Præsident.
Er wil ihn geben Glück/ Weißheit vnd Rath/
wie Er in seinem Wort versprochen hat.
Wolan/ Herr Burge Meister new-erwehlt/
Gott Euch hat selbst anjeko aufgestelt/
wil das Erw Ehrenvest an dieser stell
sit/ vnd hinfort rechtmessig Brtheil fell.
Daben was Gott thum wil/ sein wort ernent/
wie das sich trösten kan jeder Regent.
Hört/ was des Namens Buchstab auch dabey
anzeigen thut vnd saget also frey:
Er sah es an / O Glück im HErrn bereit / „
ist warlich auch ein mechtig gut bescheid.
Daneben nun die ganze Stadt erschall/
wünsch Glück vnd Heil jrn Obern oberall/
Glück Heil vom HErrn kom / sprech ich auch
Es rathe mit der in dem Himmel sitzt/ (jetzt/
Er geb vns Fried / erhalt seins wortes schall/
In Kirchen/ Schulen/ Rathhaus/ Häu-
fern all!

AMEN!

SUNT VEXILLA CRUCIS; SED TU MIHI,
CHRISTE, SALUTIS
CORNU.]



...A QVILÆ SUM TUTA SUB ALIS.

Et **dominus** **procepit** **eis**
omniam **via**

Et **dominus** **procepit** **eis**
omniam **via**

Et **dominus** **procepit** **eis**
omniam **via**

Et **dominus** **procepit** **eis**
omniam **via**



ET N
PROME
 A D
 IMPERIALEM M
 PRO HONORAND
 ITE
 ANAGRAMM
 AD NO
 NOVORUM C
 M. GEORG. AND
 POET.
 s lsc

 Mulhusii, Typi



15

